SUB | NIEDERSÄCHSISCHE STAATS- UND UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK GÖTTINGEN

Werk

Titel: Herbarium Amboinense, plurimas conplectens arbores, frutices, herbas, plantas ter...

Jahr: 1743

Kollektion: Zoologica

Werk Id: PPN369546733

PURL: http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PID=PPN369546733|LOG_0234

OPAC: http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=369546733

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.
Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.
Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

CAPUT TRIGESIMUM SEXTUM.

Perticaria tertia. Hunut.

PErticaria tertia craſſum, ſed non altum, gerit truncum, albo glabroque cortice obductum, quo a cæteris diſtinguitur, & dignoſcitur arboribus, atque in binas ſubdividitur ſpecies, latifoliam & parvifoliam, quæ utraque unam eandemque habent formam, excepto quod magnitudine differant.

Hunut parviſolia vulgatiſſima eſt, paucos gerens ſinuoſos & breves ramos: Hujus folia ſolitaria ſunt, formam habentia potiſſimum perticariæ primæ, ſed latiora ſunt, nec mollia aut lanuginoſa inſtar illius, ſed rugoſa admodum & ſcabra, ut & petioli ac ſuperiores ramuli, unde & quodammodo ſpinuloſa & arenoſa videntur, ad oras ſubtiliter ſerrata ſunt, ac porro ſicciſſima, injucundi adſpectus, & ſonora.

Folia hæc inæqualis ſunt magnitudinis, atque inordinata ramis inſident, quædam enim ſpithamam longa ſunt, ac ſex digitos lata, quædam quinque & ſex pollices longa, vix quatuor lata, inferius ſubrotunda, ac ſinuoſa prope petiolum, ubi tres magni nervi concurrunt cum aliis coſtis transverſalibus & venulis, a quibus folium rugoſum eſt.

Flores in ample extenſis racemis excreſcunt, qui ſingularis ſunt formæ, compoſiti enim ſunt ex decem anguſtis aureis petalis, inſtar ſtellæ expanſis, in quorum medio alia quædam minora petala locantur circinnata, aureum referentes auris ornamentum, quod ex mulierum auribus dependet. Fructus magnitudinem Ceraſi nigri habet, ſubſtantiæ lentæ, atque in quinque ejus cellulis totidem locantur tenuia, oblonga, & incurva ſemina, quorum anguli acuti ſunt, matureſcunt autem Octobri & Novembri, floresque producunt ſub finem pluvioſorum menſium. Fructus vero ipſi ſunt pentagoni inſtar *Catti-Marus*, acſi ex quinque alis ſeu cellulis eſſent compoſiti, coloris fumei, & leves.

Arboris lignum leviſſimum, molliſſimum, & inutiliſſimum eſt omnium lignorum, licet craſſis conſtet fibris, & craſſum ſit, ad oras ſilvarum creſcit hæc arbor ubique, tam in planitie, quam in montibus, plurimum vero in arenoſis & ſterilibus locis.

Latifolia præcedenti ſimilis eſt forma, ejus vero truncus altior eſt, atque folia plerumque ſpithamam longa ſunt, quinque & ſex pollices lata, eodem modo ſerrata & venoſa, multo autem rugoſiora ſunt, nec tantum arenoſa, ſed etiam pungentibus pilis hirta, præſertim petioli & rami, ita ut difficulter tractari poſſint, atque pruritum excitent. Fructus eandem gerunt formam cum prioribus, ſed ſunt oblongiores, digiti articulum longi: Ejus lignum magis albicat, mollius eſt, & fragilius quam præcedentis, nec durabile.

Ambæ arbores corticem gerunt glabrum & album, quo ab aliis facile dignoſcuntur arboribus, quique lentus eſt uti Reſtiariæ.

Nomen. Latine *Perticaria tertia*, quum tertia ſit ordine & virtute, a vulgo vocatur Malaice *Caju totarra*, uti præcedens, verum autem nomen Amboinenſe eſt *Hunut*.

Uſus. Parvifolia vulgares præbet palos, ad opera vero, quæ per aliquot tempus durabilia eſſe oportet, non vel raro adhibetur, latifolia nullum ſubminiſtrat tignum, ſed foco utile eſt ejus lignum.

Tabula Centeſima Vigeſima

Ramum exhibet *Perticariæ*.

XXXVI. HOOFDSTUK.

De Stange-Boom.

DE derde Stange-boom heeft een dikke, dog geen hogen ſtam, met een witte effene ſchorſſe bekleed, die hun onder andere kennelyk maakt, en is onderdeeld in twee zoorten, grootbladig en kleenbladig, zynde van een fatzoen, behalven dat de bladeren in grootheid verſchillen.

Het kleenbladige Hunut *is 't gemeenſte, heeft weinige, bogtige, en korte takken. De bladeren ſtaan enkeld, van fatzoen meeſt als de* Perticaria Prima, *dog breeder, niet zagt of wolachtig, gelyk die, maar zeer rimpelig en ruyg, gelyk ook de ſtelen en voorſte takken, waar door zy eenigſints ſtekelig of zandig vallen in 't handelen, aan de kanten ook fyn gezaagt, voorts zeer droog, onaanzienelyk en rammelende.*

De bladeren zyn van ongelyke grootte, en dat door malkander aan een tak, want zommige zyn een ſpan lang, en 6. vingers breed, zommige 5. en 6. duymen lang, ſchaars 4. dito breed, agter met ronde billen, die aldaar een boeſem maken, daar den ſteel ingelaten werd, en zig daar in drie groote zenuwen verdeelen, nevens andere dwers-ribben en adertjes, die 't blad ruyg maken.

Het bloeyzel hangt aan wyd uytgeſpreyde troſſen, 't welk zyn bloemen van een zeldſaam fatzoen, want zy zyn gemaakt van 10. ſmalle goud-geele blaadjes, als een Sterre uytgebreyd, daar binnen ſtaan nog eenige andere blaadjes in krulletjes, verbeeldende een goude oor-vercierſel, dat de Vrouwen in de ooren dragen. De vrucht is in de grootte van een krieke, taay van ſubſtantie, en in haar vyf vlerken leggen zo veel dunne langachtige, en wat kromme zaden, en de hoeken zyn van buyten aan de kanten ſcherp, zy zyn ryp in October en November, en bloeyen in 't eynd van de regen-Mouſſon. De vruchten zyn vyfhoekig, als Catti Marus, *en als uyt vyf vlerken ofte huydekens gemaakt, rookverwig, en ligt.*

Het hout is 't weekſte, ligtſte, en ondeugenſte onder alle houten, hoewel 't grofdradig en dik is; hy waſt aan de randen van 't Wout, over al, zo in de vlakte als op 't gebergte, doch meeſt op zandige magere plaatzen.

Het grootbladige is 't voorgaande aan gedaante meeſt gelyk, doch de ſtam wert hoger; de bladeren zyn doorgaans een ſpan lang, 5. en 6. duymen breed, op dezelfde manier zynze gezaagt en geadert, maar veel ruyger, niet alleen zandig, maar ook met ſtekelige hayrtjes bezet, inzonderheid aan de ſteelen en takken, zo dat ze moeyelyk in 't aantaſten zyn, en eenig jeuken veroorzaken. De vruchten zyn van het zelfde fatzoen, als de vorige, dog langwerpiger, een lid van een vinger lang, 't hout is nog witter, weker, en broſſer als aan 't vorige, ganſch niet durabel.

Beyde bomen hebben een effene witte baſt, waar door ze onder andere bomen kennelyk zyn, die taay is gelyk aan den Londt-boom.

Naam. *In 't Latyn* Perticaria tertia, *of ſparre-boom, de derde in order en deugt; de gemene man noemt 't in 't Maleyts* Caju Totarra, *gelyk de vorige, maar de eygentlyke naam is in 't Amboinſch* Hunut.

Gebruik. *Het kleenbladige geeft gemene ſparren, maar aan werken die lang duren zullen, word het zelden of niet gebruykt, het grootbladige deugt ganſch niet tot eenig timmerwerk, behalven tot brandhout.*

De Hondert en twintigſte Plaat

Vertoont een Tak van de *Stange-Boom.*